



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

622. Unde nomen Archidiacono, & quid importet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



TRACTATUS IV.
 DE
ARCHIDIACONO.
 CAPUT PRIMVM.
DE NOMINE, DIGNITATE, QU-
LITATIBVS ARCHIDIACONI,
EORUMQUE NUMERO.

*Quæstio 621. Vbi nam, & à quibus materia
hec de Archidiaco ex professo tractetur?*

Respoud. Exstat in Jure Canonico specialis titulus, nempe 23. l. i. de officio Archidiaco, ad quem locum materiam hanc plenissime tractant Laym. in singula memoratit, Capit. Fagn. in c. ad hac. & in c. significasti. ad eundem tit. Pirk. §§. duobus. Tellez. Gonç. nec non ceteri, qui ordinatè in singulos Juris Canonici titulos & Capita commentantur. Præter hos hauc quoque materiam ex professo prosequuntur Azor. Inst. mor. p. 2. l. 3. c. 14. Lotterius de re beneficiaria. l. 3. q. 7. à num. 33. & l. 1. q. 16. à num. 106. & q. 28. à num. 119. Garc. de benef. p. 7. c. 7. num. 36. Card. Tusch. Lit. A. concl. 482. Riccius in collect. decis. p. 3. collect. 1618. Barbos. jur. eccl. l. 1. c. 24 Conrad. in templ. omn. iudic. l. 2. c. 8. Durand. in Specul. iuris l. 4. sub tit. de off. Archid. Michael Ferrus tract. de præcedentia eccl. q. 5. per tot. Didac. de Narbon. de stat. ad omnes actus hum. requijsit. ann. 23. §. 61. Sebas. Cæsar. de eccl. hierarch. p. 3. d. 12. §. 1. Germon. de Sacror. immunit. l. 3. c. 3. Anton. Fabric. in pr. eccl. benef. tit. de benef. cum Dignit. à num. 23. Pignat. in consult. suis sparsim. Laurent. Drip. in suo Specul. Archid. & alii plures apud Barbosam.

*Quæstio 622. Unde nomen Archidiaco, &
quid importet?*

Respoud. Nomen hoc deductum & compo-
sum ex vocalibus ἀρχις ἀρχος, quod principi-
um, & διάνοια quod ministerium sonat. Fer-
mosin. ad rubric. de off. Archid. Fagn. in c. ad hac.
cod. tit. n. 7. Barbos. loc. cit. num. 1. & alii passim
post Holt. in sum. h. t. §. & unde dicitur. Importat
Diaconorum seu ministrorum primum & veluti
præfectum AA. idem ll. citatis. Pirk. adh. tit. n. 1.
Azor. p. 2. l. 3. c. 14. q. 1. Quippe jam à temporibus
P. Leuren. Tract. IV. De Archidiaco

Apostolorum in urbibus singulis, quibus praefie-
ciebatur Episcopus, septem constituebantur Dia-
coni (ut dicitur c. Diaconi. il. 2. dist. 93.) ex quibus
antiquior appellabatur Archidiacus, cuius of-
ficium erat, ut ceteri Diaconi rite suo munere fun-
gerentur. Azor. loc. cit. & ex eo Pirk. loc. cit. item
imperare hypodiaconi, eosque ad altaris mini-
sterium instruere, bona ecclesiastica (ut colligi-
tur ex cap. 6. Att. Apostolor.) administrare & di-
spensare. Laym. ad c. 1. b. t. num. 1. & ex eo Pirk.
loc. cit.

*Quæstio 623. Quanam alias Archidiaco-
nibus tribuantur nomina & tituli?*

1. R espoud. primò: Vocatur oculus Episcopi.
Lotter. l. 3. q. 7. num. 33. Fagn. in c. ad hac.
h. tit. n. 26. Barbos. cit. c. 24. n. 12. Sbroz. de off.
Vicar. l. 1. q. 36. num. 10. juxta expressum textum
c. Diaconi il 1. dist. 93. & c. Diaconi il 2. ead. dist. &
c. ad hac. h. t. & Trident. sess. 24. c. 12. de reform.
Idque quia Vice-Episcopi cuncta observat & cir-
cumillustrat, ut Lotter. loc. cit. sive quia per Epis-
copatum prospiciens, quæ corrigenda viderit,
corrigit & emendat, ut Fagn. loc. cit. juxta quod
dicitur in c. Diaconi. il 1. aberrantes & circum-
lustrantes verecundis oculis actus totius ecclesiae
& perterritantes diligenter, si quem videant vi-
cinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato,
ut referant ad Episcopum &c.

2. Secundò dicitur Vicarius Episcopi natus.
Barbos. jur. eccl. l. 1. c. 24. n. 34. Card. de Luca de
benef. d. 46. n. 5. Laym. in c. 1. b. t. n. 3. Cuch. Inst.
major. l. 2. tit. 9. de off. Archiepisc. num. 10. sed quod
à lege ipsa nullo facto aut ministerio Episcopi
constituatur Vicarius. Barbos. loc. cit. sive quia
Archidiacus ipso jure est Vicarius Episcopi,
dum Vicariatus officium ipsi dignitati Archidiac-
onali ita à jure, seu ex privilegio Canonis anne-
xum fit, ut ei auferri nequeat. Laym. loc. cit.
Fagn. in c. ad hac. h. t. n. 32. Unde